

Præcau- dum scanda- lum.

Discipulos in fide continere, ac præcaueret, ne futura filij passione, ac morte perturbarentur, ait: Hic est filius meus dilectus. Ac si diceret: Ne existimetis, illum ex infirmitate, impotentia, aut culpa mortem subiturum, de qua Moyses, & Elias sunt locuti. Ecce filius meus naturalis est hic, ac proinde nulla in eo infirmitas, seu impotentia, aut culpa inueniri potest, cum sit mihi summè dilectus, in quo mihi omnia complacent, & nihil disciplet; ad mortemque traditur ex summa mea dilectione erga genus humanum, ex summâque mea dilectione erga ipsum, seu quia ipsum intimè diligo, illius voluntati satisfaciens, qua ardentè affectat mori pro hominum salute, ipsum mortem subire, ac meo consilio disponitur, & ordinatur.

Christus traditur morti ex summa dilectione patris erga ipsu.

216. Ambros.

Quartò. D. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 5. Quoniam, inquit, vel tabernaculorum numerum defendendum tribus simpliciter affirmat, emendatur Dei Patris auctoritate, dicens: Hic est filius meus, &c. id est: Quid conferuos cum Domino socias tuo. D. Basilii Seleucus Orat. 43. Quid Dominum in seruum ordinem redigitis? Eius ne auctis excellentiam nosse? Hic est filius meus dilectus. Illos ego seruos feci; hunc ex essentia filium genui. Indiscriminatim Petrus tria tabernacula edificare affectat: vnum pro Christo, & aliud pro Moysè; & aliud pro Elia: statim ab Evangelista reprehenditur, nesciebat quid diceret; statimque etiam, vt ait D. Ambrosius, emendatur Dei Patris auctoritate. Ac si diceret Eternus Pater: num ignoras, o Petre, hunc esse filium meum dilectissimum? Quid ergo ipsum æquali honore cum seruis numeras? summa enim insipientia est quod nulla habita personæ consideratio, nullâque meritorum distinctione facta, æquali Dominum, ac seruos; magistrum, & discipulos honore afficere velis. Hinc sua voce occurrit Pater secernens filium à seruis, non sustinens, quòd in honore deferendo nulla habeatur differentia.

Basil. Sel.

Pro distinctione meritorum, ac personarum honor deferendus.

217. Matth. 4.

Quintò. Thabor fuisse montem illum, ad quem diabolus tentans Christum assumpsit, cum omnia ei se daturum pollicebatur: Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: Matth. 4. n. 8. autumat Christianus Grammaticus c. 6. in Matth. Ipsum montem, ait, vel Thabor, vel Hermon intellegimus, sed verius Thabor. In hoc ergo monte paterna vox intonat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Valde conueniens erat, vt vbi omnia mundi spreuerat bona, ibi Dei filius per naturam declararetur, omniumque designaretur hæres; vt nobis esset apertum, qui pro Deo omnia reliquerunt, filios Dei per gratiam, ac omnium hæredes esse futuros.

Grammat.

Qui pro Deo omnia relinquunt, filij, ac hæredes constituntur.

218. Abulen.

Sextò. Abulenensis quæst. 83. Ne quis putaret, quòd Domini Transfiguratio phantasticè appareret; sed vt esset manifestum, quòd vere fieret, & quòd ille, qui transfigurabatur, talis erat, qui posset hæc facere, ad hoc proderat testimonium Moyses, & Elias; ad hocque declarandum venit vox Patris dicens, Hic est filius meus: quia Deus, cum sit verus, & fidelis, non attestatur falsitati, nec mentiri potest Ita ferè Abulenensis. Cum enim valde nota esset summa Christi humilitas, paupertas, ac modestia, quid multum nouum, ac extraordinarium apparebat, quòd ipse, in gloria, ac maiestare transfiguratus sese exhiberet. Ne ergo pro rei nouitate Domini Transfiguratio quid apparetens, ac phantasticum iudicaretur, restificat Pater: Hic est filius meus.

Nouitas rerum valde suspecta.

219.

Septimò. Multa indagine discutiendum, ad quid

Eternus Pater inter Thaboris gloria tam specialiter Christum Dominum vt filium suum recognoscit, eumque alta voce suum filium esse testificat: Hic est filius meus dilectus. multo enim opportunior videbatur huiusmodi commendatio, cum in humili præsepio iaceret; vel cum in Circumcisione peccatoris caractere notatur; seu quando tanquam infirmus in Ægyptum fugit; vel quando, tanquam pauper, siti ac fame degit; seu quando in passione saluæ, colaphæ, ac calumniæ in eum iactantur; seu quando in Cruce suspensus vitam exhalat: quid est, quod inter hæc Eternus Pater, inter autem Thaboris glorias aperta voce intonat: Omnia, & præclara patiendi celsitudo! Ipsa tam magna, & alta patiendi tolerantia inter tot abiectiones, flagella, & opprobria, vox erat eius Diuinitatis testificans, de illâque reddebat testimonium. Cum verò ipsa patiendi gloria in Thaboris maiestate tantisper intermitteretur, tunc valde congruenter adest Dei Patris vox, veluti pro passionis gloria substituta, Christi Diuinitatem clamans. Huc venit ingeniosus Tertullianus lib. de Patientia. cap. 3. Quòd pendente Iesu in Cruce, dicunt ei Iudæi: Si rex Israel es, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Matth. 27. n. 42. Sponsione facta, quod si de cruce descenderet, eum pro vero Deo susciperent. Tunc sic ait Tertull. Hinc vel maxime, Pharisei, Dominum agnoscerere debuistis patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Ac si ipsa dolorum crucis tolerantia, esset manifesta Diuinitatis attestatio, ac proclamatio, ac proinde superuacaneè alia exoptatur comprobatio.

Patientia in pressura, quædam diuinitatis testificatio.

Matth. 27.

Tertullian.

220. Celada.

Octauò. R. P. Didacus de Celada in cap. 12. Iudith §. 2. num. 8. ait, quòd inter pressuras præsepis, circumcissionis, fugæ in Ægyptum, intèrque acerbos mortis, ac crucis cruciatum, cum se vltro, à propria corporis gloria viduaret, vt aliis beneficeret, tunc tacet Pater: cum verò ad breue tempus ipsam gloriam resumit; tunc valde opportune adest Dei Patris commendatio: Hic est filius meus dilectus. Ac si illa eximia charitas, qua se pro bono communi, ac vt aliis beneficeret, à propria gloria orbauerat, vices gerat in Christo paternæ vocis, illum magnificentissimè commendantis, nam ipsum exinaniri pro aliorum salute, summæ liberalitatis elogium, in Christo vices habens paternæ vocis.

Se exinanire pro aliorum salute, Diuinitatis elogium.

221. Luc. 12.

Nonò. In orto apparet Angelus Luc. 22. n. 43. Hic verò Patris vox interuenit: Hic est filius meus dilectus. In orto Christo Domino se vult in hominem ostentans, secundum partem inferiorem, de morte tristabatur, eamque vt malum naturæ refugiebat, inde dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Matth. 26. num. 39. In præsentiarum verò cum summa lætitia de morte loquebatur, morique dignoscebat; mori autem multo gloriosior actio, quam viuere, multo que opportunius in hoc potius, quæ ad vitam spectant, filius à Patre agnoscitur. Cum Abrahamus supponit vitam Isaac, eumque vt viuum considerat, puerum vocat, sicque dicit famulis suis: Expectate hic cum asino, ego, & puer illuc properantes, Genes. 22. n. 5. Postea verò, cum ad mortem properat, filium dicit: Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, ibidem n. 6. Et iterum sic ei loquitur Abrahamus. Quid vis fili, ibidem n. 7. David, cum pro vita Absalon loquitur, de eoque vt regnum agente, ac sollicitate agit, puerum vocat: Seruare mihi puerum Absalon, 2. Reg. 18. n. 5. At verò cum demortuum accipit, sic lamentatur: Filium Absalon, Absalon, filium, 2. Reg. 18. num. 33. Ad eò nobile, & excel

Matth. 26.

Mors gloriosior, quam vita.

Genes. 22.

2. Reg. 18.

excl

excelsum est, in bello lancea occumbere, vt etiam demortuum Absalon pro infami, & turpi causa, non pudeat David, eum vt filium recognoscere, ac appellare, quanto magis erit ille, vt filius in monte à Patre reputandus, qui pro excelsa, & illustri causa vitam diffundit.

222.

Decimò. Adhuc eo, scilicet Petro, loquente. Cum Petrus intentat obistere Christi morti, Moyses, & Elias, loquebantur de excessu, seu morte (quam completurus erat in Ierusalem. Tunc Pater proclamatur: Hic est filius meus dilectus. Cum de morte est sermo, tunc à Patre vt filius diuulgatur, vt certo sciat Petrus, Christum esse moriturum, esseque propriissimam Dei filij actionem, pro aliorum salute vitam dare.

223.

Ioan. 5.

Matth. 24.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Chrysof.

Filius Dei magis cognoscitur morte, quam maiestate.

224. Matth. 26.

Matth. 15.

Filius Dei magis declaratur cruce, quam gloria.

225. Luc. 16.

Cum Christus Dominus de sua magna potestate iudiciaria pertractaret, se filium hominis dicit, Dedit illi potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Ioan. 5. num. 27. Tunc apparebit signum filij hominis in celo. Matth. 24. num. 29. Et videbunt, filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, & maiestate. ibidem: num. 30. At verò cum de primo Christi aduentu ad mortem, & passionem pro salute generis humani, est sermo, se Dei filium nuncupat. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ioan. 3. num. 16. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Ioan. 1. num. 14. quam gloriam, crucem, ignominiam, ac flagella interpretatur Chrysofomus ad citata verba homil. 11. Siquidem, ait, in his ipsis, que probri, & ignominia plena esse videbantur, ipsum rursus Verbum clarissimum apparuit, hoc Ioannes gloriam appellauit. In maiestate filius hominis, in Cruce verò filius Dei vocatur: ac si ipsa filij Dei maiestas magis manifestetur Cruce, & morte pro aliorum salute, quam qualibet regali, ac triumphali pompa.

Cum Christus Dominus de sua maiestate ad iudicandum loquitur: Videlibeitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Matth. 26. num. 64. tunc milites dant ei alapas in faciem. Et subdit Evangelista: Experuerunt in faciem eius, & colaphis eum cederunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, ibidem num. 67. At verò in cruce, eius Diuinitatem filij Dei recognoscit Centurio: Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo filius Dei erat. Marc. 15. n. 39. Quomodo ex rebus tam oppositis tam diuersi effectus prodeunt? Cum gloria, & maiestas auditur, alapa, ac ignominia impinguntur in eum. Cum verò mors, & crux interuenit, Diuinitatis testificatio proclamatur? Magis sane suprema Dei filij altitudo dolore, ac cruce, quam gloriæ, & maiestatis signis declarabatur: magisque filij Dei adorationem, ac honorem sibi Christus cruce, & morte comparabat, quam ostensa, ac declarata omni celsitudinis magnitudine.

QUESTIO XXVI.

Quare Pater mandat in Thabor, vt filius audiatur?

225. Luc. 16.

MANDATVR hic Christum audiri, non tamen Moysen, & Eliam seu prophetas, vt de fratribus Diuitis epulonis est pronuntiatum: Habent Moysen, & prophetas, audiant illos. Luc. 16.

num. 29. Et tamen his fratribus nihil de Iesu audiendo dicitur, vt notauit Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 34. Propinqui enim Diuitis, impij, & iniqui consistebant; ac proinde satis illis erat, vt Moysen, & prophetas audirent. At verò Petrus, & condiscipuli, cum essent abundanter versati in Moysis, & prophetarum doctrina, ad maiora euocantur, vt iam imperfectionibus illis non inhæreant, sed ad altiora, ac sublimiora, nempe ad Iesum sequendum ascendant, & euolent. De hac difficultate latius, cum de Diuite epulone fuerit sermo.

Tertullian.

Perfecti semper ad maiora promouentur.

226. Hilari.

Ad nostram quætionem respondet. Primò D. Hilarius. Ipsam audite, inquit, ac si alius verbis diceret, recedant umbra legales, & typi prophetarum, & solum cornu lumen Euangelij sequimini. Hoc loco, cum Pater ait, Ipsam audite: suum filium constituit legislatorem, ac doctorem vniuersalem iuxta Psal. 2. num. 6. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius predicans præceptum eius. Mandat ergo Pater, ipsum scilicet filium audiri, id est non Moysen, neque Eliam, hoc est non attendatis ad legem veterem, quam Moyses attulit, neque ad anigmata Prophetarum, qui in Elia exprimebantur, sed solum attendite ad Christum, in quo omnia complebuntur; ille ergo solus audiendus est. Et audire, hoc loco, est obedire, vt dixi in expositione.

Psal. 2.

Solus Christus audiendus, non lex, & propheta.

227. Deuter. 18.

Secundò. Vt ostendatur, Christum Dominum verum esse Messiam: de eo enim prædictum erat Deuter. 18. num. 15. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Quem locum referens D. Petrus Actor. 3. num. 22. ait, Tanquam me ipsum audietis. Hoc autem fuit ad plenam testificationem de Christo, vt ex omni genere testes haberet. D. Remigius. Sic ergo Dominus, inquit, vndique habuit testes, ex celo vocem Patris, ex Paradiso Eliam, ex infernis Moysen, ex hominibus Apostolos, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum.

Actor. 3.

Ex omni genere testes Christus habuit.

Remigius.

228.

Tertiò, & maxime notandum, Quod Eternus Pater ait: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: non ait, ipsum videte. Oiectum visus extabat gloria, & maiestas, in qua Christus apparerebat; id autem, quod audiebatur, sermo erat de morte: loquebantur de excessu. Vt his instructemur, quòd semper mortis memoria nobis sit in mente fixa, non autem gloriæ, & maiestatis visus, & recordatio.

Non maiestas visa, sed mortis recordatio sit in mente.

229.

Cap. 14. Videt Ioannes in sua Apocalypsi Agnum stantem supra montem Sion; & cum eo centum quadraginta quatuor millia seniores cantantes quasi canticum nouum, Angelosque voantes. Ex quibus, ait ipse Ioannes, Audiuo vocem de celo dicentem mihi, scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apocal. 14. num. 15. Non mandatur hic peculiariter scribi Agni maiestatem, numerum astantium, canticum seniorum, Angelosque volantes, sed mortem, quæ iustis accidit. Ansbertus. Hoc ille, ait, iussus expressit litteris, hoc commendauit memoria, hoc nos stylo scribimus, memorie insignimus: hoc vt in cordibus suis spiritus Dei viuui scribant, omnes admonemur. Non gloria Agni, sed mors iustorum mandatur scribi, vt cunctis altius remaneret in mente reposita mors; quæ nobis contingit, quam triumphus, ac maiestas visæ gloriæ.

Apocal. 14.

Ansbertus.

Potius mors attendenda, quam triumphus.

\* \* \*



QUESTIO XXVII.

Quare non in Iordane, sed in Thabor precipitur, ut Christus audiatur.

230. Matth. 3.

IMILIS vox à Patre supra Christum in Iordane audita est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; non tamen ibi additum est, ipsum audite; sicut modò in Thabor.

231. Abulens. Quorumdam sententia. In Iordane Solus Baptista vocem audierat.

Respondent primò aliqui apud Abulensem quæst. 90. Quòd illa apparitio, & vox facta in Iordane à nullo audita, aut visa est, nisi à Ioanne Baptista, qui ostensus erat Christum populo, & respectu illius non erat opus dici, ipsum audite, ideo ibi non est dictum: nunc verò vox audita fuit à tribus Discipulis, quibus competeat obedire Christo, & ideo appositum est, ipsum audite. Hæc sententia supponit, in Iordane à solo Ioanne vocem Patris fuisse auditam; at contrarium communis tenet doctorum resolutio, ut dixi tom. 1. lib. 3. cap. 2. quæst. 3. ad finem.

232. Abulens.

Secundò. Idem Abulensis citato loco. In Baptismo illud verbum: Ipsum audite: non videbatur pro tunc conueniens tempori; nam antequam Christus baptizaretur, nunquam prædicauerat; & etiam mox post Baptismum non prædicauit, nam statim ascendit in desertum, vbi quadragesima diebus ieiunauit, & postea cepit prædicare in Galilæa, & ideo pro tunc non erat opus dici, Ipsum audite. At verò modò ante, & post Transfigurationem, semper prædicauerat, & valde opus erat, vt ei crederetur; & ideo nunc dictum est, Ipsum audite.

Testimonium conuenienti tempore datum.

233. Abulens.

Tertiò. Idem Abulensis. Quòd in Iordane solum ostentatio facta est ad declarandum Iesum, quod esset Messias, & filius Dei, vt Baptista eum cognosceret & prædicaret Iudæis, vt colligitur ex Ioan. 1. num. 32. & 33. Et ad hoc tantum necessaria erant verba demonstratiua, & non imperatiua, & ideo ibi tantum dictum est: Hic est filius meus: in quo mihi complacui. At Transfiguratio non solum facta est ad notificandum Christum, sed & ad declarandam eius auctoritatem in gestis, ac verbis suis, & ideo nunc dictum est, Ipsum audite.

Ioan. 1.

234.

Quartò & ad litteram. In Baptismo venit testimonium Patris ad ostendendum, Christum esse eum, per quem homo reconciliandus erat Deo, & ad iustificationem, ac Dei filiationem promouendus, quod primum per Baptismum Christi fit; per hunc enim renascimur, & renouamur. Transfiguratio autem ordinata est ostendendum, Christum esse constitutum doctorem, & præceptorem, per quem Deus promiserat populo loqui, ac verba vitæ dare, & ideo non in Baptismo, sed in Transfiguratione additum est, Ipsum audite.

Christus constitutus à Deo omnium doctor.

235.

Quintò. Cùm in Iordane, & Thabor Pater det testimonium de filio; tamen solum in Thabor mandat, Ipsum audite. In Baptismo quamdam peccatoris vmbra representabat Dominus. In Transfiguratione verò eximiam prædicatoris sanctitatem exprimebat. Vt ipso discrimine nobis innueret Aternus Pater nullam labem, sed summam sanctitatem in eo esse oportere, qui aliis audientibus proponitur.

236. Hilarius.

Sextò. D. Hilarius can. 17. in Matth. Hunc esse filium, ait, hunc dilectum, bene complacitum, hunc audiendum vox de nube significat, vt idoneus ipse præceptorum talium auctor est, qui post seculum dam-

natum, post crucis voluntatem, post obitum corporeum regni caelestis gloriam ex mortuorum resurrectione facti confirmasset exemplo. Valde congruè, non in Baptismo, sed in Transfiguratione designatur Christus à Patre audiendus, Ipsum audite, cùm nõ cum Baptista, sed cum Moyse, & Elia in Transfiguratione de morte subeunda agebat: Dicebant excessum eius: scilicet crucem, & mortem: vt crucem, & mortem, ad quam alios exhortatus erat. Tollat crucem suam: Qui perdidit animam suam, Matth. 16. n. 25. ipse in se adimpleret, & teneret. Vt idoneus ipse præceptorum talium auctor esset. Cùm non solum verbis, sed etiam rebus, ac exemplis, signanterque mortis suæ firmaret exemplo. Solus enim ille opportunus magister ad probitatem, ac crucem persuadendam, qui non solum verbis, sed etiam factis, & exemplis documenta præbet. Vnde ait Cassianus Coll. 11. cap. 4. Nunquam erit efficax instructio auctoritas, nisi eam effectu operis sui cordi affixerit audientis.

Bonus magister, non solum verbis, sed & factis docet.

Matth. 16.

Cassianus.

Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam. Isai. 40. num. 2. Sermo Domini dirigitur. Quid est, quòd Dominus mandat sacerdotibus ad cor loqui, cùm audientium corda non sint in manu sacerdotum, sed solum in Dei manu? Videbatur potius dicendum, Loquimini ad aures Ierusalem: sicut inquit Balam loquens Regi Balac ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Saphor. Numer. 23. num. 18. In Hebræo legitur, ausculta auribus tuis. Quid est, quòd Balam ad aures dirigit sermonem, & sacerdotes ad cor ex Dei mandato? Magister, qui tantum habet verba, & non opera, circa aures obstrepat. At bonus præceptor, vt pote probi sacerdotes Domini, non solum verbo, sed etiam exemplo, sermoneque præclaris actionibus animato loquuntur, & tunc non solum circa aures sonant, sed interius animum attingunt, & pulsant. D. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epistol. 202. Quandoquidem, sermo actione destitutus non ultra aurem grassatur: qui autem ab actione animatus est, vt qui acris, & efficax, alte penetrat, animumq; attingit: eam ob causam Deus sacerdotibus edixit, vt ad cor Ierusalem loquerentur. Nam qui ad aures verba faciunt, per multi quidem sunt, & sacerdotio indigni: qui autem ad cor, pauci omnino, at qui sacerdotatus dignitatem reuerentiam merentur.

237. Isai. 40.

Numer. 23. Hebraus.

Verba, adiuncta cū actione, cor percutiunt.

Pelusiota.

Matth. 17. Et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.

VERSIONES.

Syriacus. Quod quum audissent Discipuli, prociderunt in facies suas.

Theophylact. Et cùm hæc audissent Discipuli, prociderunt in faciem suam, & territi sunt vehementer.

EXPOSITIO VI.

Audientes Discipuli, vocem scilicet Aterni Patris è nube resonantem: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: à maiestate ipsius diuinæ vocis, quæ instar tonitruum resonauit, ceciderunt in faciem suam, tanquam expaue-

238.

Discipuli Domini coadunati.

2-Petri 1.

pauescentes à voce Dei, audite. Preme verba nostra vulgata; non ait, quòd prociderunt in facies suas, sed in faciem suam. Ita erant sancti Domini Discipuli vniti, & coadunati, vt eorum veluti vna esset facies. Et timuerunt valde. Ita Discipuli Iesu sunt exterriti, vt ipsas timor non peruaserit, ac turbauerit, quin quieta mente aperte intelligerent, quid vox illa Patris diceret, & significaret. teste D. Petro 2. Epist. 1. n. 18. Hanc vocem nos audimus de celo allatam.

QUESTIO XXVIII.

Quare Apostoli timuerunt in Transfiguratione, & quot uexin eis fuit timor iuxta textum Evangelistarum.

239. Marc. 9.

Primus timor.

RIPLICI timore Apostolos fuisse in Transfiguratione detentos, videtur colligi ex contextu Evangelistarum. Nam primò D. Marcus cap. 9. num. 5. scribit, timorem ante ostensionem nubis: narrat enim, quòd cùm Christus esset transfiguratus, cum eoque apparerent Moyse, & Elias, diceretque Petrus: Rabbi, bonum est, nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, &c. subditque, non enim sciebat, quid dicerent, erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos. &c. Itaque Marcus ponit timorem antequam nubes descenderet, eumque narrat, vt causam insipientiæ Petri appationem: ait enim cap. 9. num. 34. Hac autem illo loquente, scilicet Petro, facta est nubes, & obumbravit eos, & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Itaque iuxta Lucam ostensio nubis præcessit timorem. Sique, inquit D. Damascenus Orat. de Transfig. Discipuli maiore timore obsessi sunt, Iesum Saluatorem, ac Dominum cum Moyse, & Elia intra nubem conspicientes. Dum dicit, maiore timore, supponit, eos iam antea habuisse timorem.

240. Luc. 9.

Secundus timor. Damasc.

Secundò. D. Lucas refert timorem post nubis appationem: ait enim cap. 9. num. 34. Hac autem illo loquente, scilicet Petro, facta est nubes, & obumbravit eos, & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Itaque iuxta Lucam ostensio nubis præcessit timorem. Sique, inquit D. Damascenus Orat. de Transfig. Discipuli maiore timore obsessi sunt, Iesum Saluatorem, ac Dominum cum Moyse, & Elia intra nubem conspicientes. Dum dicit, maiore timore, supponit, eos iam antea habuisse timorem.

241. Bonauent. Ex Dei præsentia timor. Paschal.

Timor ex Christi absentia.

Syrus.

Exod. 19.

4 Reg. 1.

Hieronym.

Paschal.

Causam huius timoris, existimat D. Bonauentura, extitisse Dei præsentiam; sciebat enim ex Scripturis, Deum per nubem manifestari; ac proinde ex Dei aduentu timent magis, quàm ex visa Transfigurationis gloria. Secundò D. Paschalus lib. 8. in Matth. Timent, ait, quia non poterant sustinere claritatem ipsius nubis, quæ obumbratur Christus videlicet. Cùm enim claritas nubis Christi conspectum ab eorum oculis arceret; inde ex tanta præsumpta absentia maximè timore consternantur. Tertio quidem Recentiores autumant, quòd Discipuli pauebant, ne ipsis relictis, Iesus cum Moyse, & Elia, ingredientibus nubem, abiret. Quartò, vt habet Syrus, videbant Moysen, & Eliam abeuntes in nubem intrare, timueruntque ne Moyses è nube fulmina, & tonitrua iacularetur, vt olim fecerat, cùm legem à Deo acciperet, & populo traderet, Exod. 19. num. 16. & ne Elias è nube ignes vibraret, vt olim fecerat 4. Reg. 1. num. 10. Et hoc mihi minus probabile videtur, non enim erat causa, cur Apostoli aliquid mali sibi timerent. Quintò, probabilius, quòd, cùm Apostoli se vidissent eadem nube obumbrari vnà cum Iesu, Moyse, & Elia, vt explicauimus supra exposit. 5. num. 192. & ait D. Hieronymus hic cap. 17. Matth. Pauent, quia nubes lucida operauerat eos. Cùm ergo se vidissent eodem tabernaculo, ac nube recipi simul cum Christo, Moyse, & Elia, inde timore concutiuntur. Fauet D. Paschalus ci-

tato lib. 8. Nec tamen, inquit, sine causa mens patet, quæ premium tanti pauoris per gratiam iam habet. Semper enim vris cordatis ingens concessa gratia causa pauoris exitit.

Ingens gratia cordato viro causa timoris

Tertius timor assignatur à D. Matthæo procedens à voce Patris resonante è nube: Hic est filius meus dilectus. Et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt. Correpti sunt Apostoli timore ex audita voce Patris. Infirmitas enim humana ex voce Dei resonante maximè pauescit. Sicut dicebat populus Israeliticus, Deuteron. 5. num. 26. Quid est enim omnis caro, vt audiat vocem Dei viventis. Præcipue cùm vox illa esset facta instar tonitruum, vt inquit D. Paschalus citatus, Abulensis quæst. 92. tamen non erat cum strepitu, sed cum quadam suauitate resonans, & corroborans eos sic terrefecit. D. Ephren Orat. de Transfig. Ad hanc, ait, vocem proni ceciderunt Apostoli in terram, erat enim tonitruum terribilior. Quomobrem voce eius tremuit terra, & ij ceciderunt. D. Hieronymus: Terrentur, inquit, quia Dei Patris vocem loquentis audierant; quia humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto animo, & corpore contremiscens ad terram cadit.

242. Tertius timor. Paschal. Abulens. Ephren.

Deuteron. 5.

Timor ex Dei voce. Paschal. Abulens.

Ephren.

Hieronym.

Toletus in cap. 9. Luc. annot. 76. existimat probabile, eundem fuisse timorem in Apostolis, quem D. Lucas, & D. Matthæus expriment. Lucas veto vsus est anticipationem quadam, quæ apud Euangelistas frequens est. Tamen probabilius ex textu Euangelico colligitur, distinctum esse timorem; diuersa enim causa assignatur: nam apud Lucam ex ingressu in nubem, apud Matthæum ex voce audita.

243. Toletus.

Triplex timor, probabilior est sententia.

Tanto enim cultu, ac reuerentia Apostoli prosequantur diuina, vt ex alicuius exhibitione maximè paueant. Sic cùm Christum transfiguratum cum Moyse, & Elia vident, vt narrat D. Marcus. Sique cùm aspiciunt lucidam nubem obumbrantem, vt refert D. Lucas. Sique cùm Patris vocem audiunt, vt scribit D. Matthæus. Secundò huc aduoco id, quod docet Abulensis citata q. 92. quod ordinatum est, vt Apostoli ita essent tremefacti, ad ostendendum magnitudinem futuræ gloriæ; nam Transfiguratio extitit quadam futuræ gloriæ manifestatio: illa enim talis est, vt excedat omnem facultatem humanam; sensibus ventem; ita vt nullus sensus possit eam tolerare. Ideo ex Transfiguratione Christi, ex nubèque lucida, ac voce Patris pauent Discipuli, vt ex his valeant coniecturare gloriæ magnitudinem, quæ per illa designabatur.

244. Apostoli multa reuerentia prosequantur diuina.

Ingens futura gloria.

Tertio. Quare ex visa Christi gloria ita tremefacti sunt Apostoli cùm ex ea maximè esset gaudendum? Videbant Iesum cum adiunctis sibi Moyse, & Elia; videbantque Regem cum ministris, Dominumque famulis stipatum, indeque tanto timore concutiuntur. Huc veniat D. Damascenus supra hac quæst. datus. Discipuli maiore terrore obsessi sunt, Iesum Saluatorem, ac Dominum cum Moyse & Elia intra nubem conspicientes.

245. Deus cum ministris timorè incutit.

Damasc.

A suis persecutoribus lapidabatur Stephanus, Qui intendens in caelum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait. Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Act. 7. num. 54. Maxime gloriosus miles Dei visione recreatur. At Iacob. Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum. Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum inmixtum scala: Cunque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco

246. Act. 7.

Genes. 28.